



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

IIII. De miranda defensione piorum in periculis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

Ejusce ancillam & filium eius, Non enim erit heres  
&c. Proinde fratres non sumus ancillæ filij sed libe-  
re. Repetatur autem hoc in loco tota doctrina de  
discrimine Veteris & Novi Testamenti, seu de dis-  
crimine Legis & Euangelijs.

Testamentum in genere est promissio morituri  
nuncupantis sua bona heredibus.

Vetus Testamentum est promissio politiae cum  
obligatione ad seruandam Legem per Moysen tra-  
ditam: Vel est pactum, quo populus Israël ad Le-  
gem, & hanc politiam obligabatur.

Nouum Testamentum est promissio Euangelijs, in  
qua remissio peccatorum, Spiritus sanctus, iusticia  
& uita æterna propter Christum gratis exhiben-  
tur, non propter Legem.

Vt igitur Agar ancilla gignit seruum Ismaëlem,  
qui non est heres bonorum Abrahæ, Sara autem li-  
bera iuxta promissionem gignit Isaac heredem A-  
brahæ. Sic Lex facit seruos peccati & mortis, et ne-  
ququam dat hereditatem uitæ æternæ. Euangelion  
autem liberat à peccato, ira Dei & morte, ac donat  
credentibus nouam & æternam lucem, sapientiam,  
iusticiam, uitam, latitiam, & omnia bona, que filius  
Dei testator nobis legauit, & suo sanguine ac morte  
obsignauit.

#### III I I .

DE MIRANDA DE-  
fensione piorum.      *Vt*

Vt Iſmahel orbatus patre, & poste abieſti  
matre, et omnium creaturarum præſidio deſtituta  
tamen diuinitus conſeruatur: Sic omnes pīj & pa-  
tibus & amicis coniunctiſſimis deſerti, & tota  
cœlia, ope præcipuorum gubernatorum orbat, &  
ipſo Deo mirabiliter defenditūr. Vt hæc dulcissi-  
mata ostendunt. Ioh. 14. Non relinquam uos orpa-  
nos. Esai. 49. Nunquid obliuisci potest mater ipſa  
tem ſuum, ut non misereatur filio uteri ſui. Quod  
illa obliita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ioh.  
26. Pater & mater dereliquerunt me, Dominus  
tem aſſumpſit me.

## V.

**D E I V R A M E N T I**  
& Fœderibus.

Cum omnes politicæ ordinationes pīj conſi-  
ſint, manifestum eſt Iuramenta etiam, que uel impo-  
nente Magistratu, uel cogente uocatione ſunt, licet  
effe. Vt dicitur Deut. 6. Dominum Deum tuum au-  
rabis, & per nomen illius iurabis.

Fœdera etiam approbat Deus, etiamſi diſſi-  
tiam erga ſe et fiduciam humanorum præſidiem  
& πολὺ πραγματώπω, que cum Fœderibus con-  
iuncta eſt, ſeu eriſſimè damat. Et plerūq; in fide-  
ribus homines incitati ſtultis ſpebus, & nitentes  
luntatibus & auxilijs ſociorum tanquam certiſſi-  
præſidijs, mouent res iniuftas uel non neceſſari-  
quibus.